Iawor 1016/2 Quietatio.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Matthias filius Nobilis Petri Kostro suo et Nobilium Thomae Pauli filiorum olim Melchioris Kostro pro eisdem pacem cavendo sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Michael olim Raphaelis Iawor vigore cessionis sibi a parente suo habitae et hisce actis inscriptae Summam Centum Florenorum Polon. realiter et effective persolvit ideo ipsum de Summa praefata et de processu eo nomine obvento quietat remittit et liberum facit perpetuis temporibus. Haec sua personali recognitione in praemissis mediante.

Kostro cum Submissione Quietatio

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Petrus Kostro filius olim Nobilis Valentini Kostro sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recognovit. Quia sibi Nobilis Matthias Kostro filius suus Quinquaginta Florenos Polonicales ad interesse suum spectantes iuxta conditionem in inscriptione cessionis expressam realiter et effective persolvit ideo ipsum quietat. Reliquum autem eiusmodi Summae hoc est Quinquaginta florenorum polonicalium ex sorte materna ad se et fratres suos atque sororem Sokolowska et filiastros suos concernen. et spectan. idem Matthias Kostro ....